

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ingratitudo o
cum fonte primo

Ingrati esse uitemus non aliena causa sed nostra.

Venenum quod serpentes in alienam perniciem proferunt,
sine sua continent,
non ita uicium ingratitude continetur.
Torquet ingratus se et macerat, oditque accepta,
quia redditurus est, et extenuat, iniurias uero dilatat atque auget.

Seneca ibidem (LXXXIII. epistola).

Itaque ingrati esse uitemus non aliena causa sed nostra.
Minimum ex nequitia levissimumque ad alios redundat:
quod pessimum ex illa est et, ut ita dicam, spississimum,
domi remanet et premit habentem,
quemadmodum Attalus noster dicere solebat,
'malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit'.
Illud venenum quod serpentes in alienam perniciem proferunt,
sine sua continent,
non est huic simile: hoc habentibus pessimum est.
Torquet se ingratus et macerat; odit, quae acceptit,
quia redditurus est, et extenuat, iniurias uero dilatat atque auget.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 81.22-23
(L. Reynolds ed., vol.1, p.269, ll.7-16).